



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

163. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Vnde suprâ.

CLXI. Si quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo, *Nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia Dei.* Si quis hoc facit, notetur, usquequo corrigatur.

Burchard. lib. 10. c. 55.
1. Cor. 11.

De lascivis vel superbis.

CLXII. Qui lascivus & superbus fuerit, triduo in pane & aqua pœniteat.

De eadem re.

CLXIII. Si quis lascivus in lingua fuerit, tridua pœnitentia expietur. [*Vide Regulam sancti Fructuosi cap. 15.*]

Burchard. lib. 10. c. 56.

De murmurantibus.

CLXIV. Apostolus dicit: *Omnia facite sine murmurationibus.* Alienus sit à fratrum unitate qui murmurat, & opus ejus abiciatur.

Philipp. 2.
Regula S. Basilij c. 71.
Concordia Regular. c. 8.
S. 9.
Burchard. lib. 10. c. 54.

Vnde suprâ.

CLXV. Si quis murmurans extiterit, videat ne pœnam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit: *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.* Juxta mensuram opusque peccati, quia in hac sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis judicio pœniteat.

Regula S. Basilij c. 93.
Burchard. lib. 10. c. 52.
1. Cor. 10.

Si quis priorem detraxerit. *Ex dictis sancti Basilij.*

CLXVI. Si quis detraxerit eum qui

Regula S. Basilij c. 45.